

Band VIII., Nr. 2784, Seite 106-107

Der Landrichter Graf Albert von Hohenberg überlässt dem Propst und Konvent von Marchtal alle Rechte, welche er als Vogt der Kirche zu Schwenningen an zwei Zinshörige dieser letzteren hat.

Marchtal, 1278. Mai 3.

Universa calumpnie prevenitur materia, cum res gesta voce testium et litterarum testimonio comprobatur. Nos ergo Albertus dei gratia comes de Hohenberg iudex provincialis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos venerabilibus dominis . . . preposito et conventui monasterii Martellensis ordinis Premonstratensis concedimus et donamus advocatiam nostram et omne ius et dominium, quod nobis competiit vel competere videbatur in Hermannum et Fridericum fratres de Algershoven vulgariter dictos mager Frideriches sún ratione advocatie, quam habemus in ecclesia de Sweanningen, cuius sunt homines censuales, volentes et mandantes, ut idem . . . prepositus et conventus nomine nostro et successorum nostrorum quorumcunque eosdem, videlicet Her(mannum) et Fr(idericum), manuteneant et defendant ad servitutis iugum, habeant ad inperandum ad disciplinandum et quicquid placuerit faciendum, ita videlicet, quod si fugam fecerint de ipsorum servitio quomodolibet exeundo, ubicumque ipsos invenerint, iniunctionem manuum in ipsos habeant et sine omni nostra^a contradictione quicquid voluerint, facient et disponent, cum ipsis etiam hoc licitum sit ex emptione propria eorundem, revocantes expresse et in totum omne ius et dominium, advocatiam seu ipsius concessionem, quod vel quam inique obtinuit Ber[toldus] miles de Stain^b, Ber[toldo] filio suo seu filiis suis per nos factam suggesta falsitate et tacita veritate. Unde ne qua in posterum possit oriri calumpnia, sed stabilis et firma sit hec nostra concessio et donatio, presentes litteras sigillo nostro sigillatas predictis . . . preposito et conventui tradimus in testimonium premissorum.

 Datum et actum in ecclesia Martellensi, anno domini MCCLXXVIII., feria tertia in inventione sancte crucis, presentibus venerabilibus viris: domino Heinrico comite de Veringen, Swenigero milite de Liechtenstain, Manegoldo milite de Hornstein, Renhardo de Talhain, magistro Rûperto de Ezzelingen et aliis quam pluribus fide dignis.

^aVerschrieben *nostrarum*.

^b*de Stain* auf Rasur von anderer Hand.

II

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das ehemals abhängende Siegel fehlt. Gleichzeitiger Dorsualvermerk: *Super libertate Hermanni et Friderici ditorum maigers Frideriches sun.*

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Fürst Thurn und Taxis Zentralarchiv in Regensburg

Signatur/Titel des Originals:

KU Marchtal Nr. 32

Überlieferung und Textkritik:

Beglaubigte Abschrift auf Papier [18. Jahrhundert]: HStA Stuttgart B
475 U 146

Editionen:

Schmid: Monumenta Hohenbergica, S. 54.

Regesten:

Mitteilungen Verein Hohenzollern, Bd. 3, S. 70. Urkunden Obermarchtal,
S. 68 f., Nr. 66.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Marchtal

Ortsindex:

Algershofen Wohnplatz (16883)
 Algershofen, Munderkingen, UL
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Hohenberg Wüstung (26307)
 Hohenberg, Schömberg, BL, W
 Hornstein Wohnplatz (21053)
 Hornstein, Bingen, SIG
 Obermarchtal Wohnplatz (16905)
 Obermarchtal, UL
 Schloss Lichtenstein : Honau, Lichtenstein RT
 Schloss Lichtenstein Wohnplatz (16083)
 Schwenningen Wohnplatz (13970)
 Schwenningen, Villingen-Schwenningen, VS
 Talheim Wohnplatz (16870)

IV

Talheim, Lauterach, UL
 Veringenstadt SIG
 Veringenstadt
Gemeinde (21373)